

Mandata & Publicata à D.D.  
PRÆTORE, CONSVLIBVS, SENATORIBVS,  
ET CONSILIO CIVITATIS  
ANTVERPIENSIS,

vi. Junij Anno M. DC. LX.



Vm Domini & Consilium Ciuitatis, prō-  
ncolumitate huius vrbis Antuerpiensis  
ac Dominije iusdem 12. Septembris 1624.  
expedire iudicassent erigi Collegium Me-  
dicum, ac conscribi mandata quādam concernentia  
Sanitatem, quibus vnuſquisque ( volens exercere  
praxim Medicam ) se conformare obligaretur, nihi-  
lominus tamen animaduertentes, temporis interuallo.  
inuenctos esse notabiles errores ac abusus, & Mandata  
prius lata, tamquam oblitterata, vigore suo destitui;  
idcirco ratum duxerunt priora illa hoc nouo decreto,  
superadditis nonnullis ad bonum publicum pertinen-  
tibus, renouare, itaque supra dictā Auctoritate strictè  
cauetur & iniungitur.

Primo : vt ex Officialibus præsenti Collegio Me-  
dico inferuentibus, quotannis communibus Docto-  
rum, ac Licentiatorum Medicinæ , in prædictum  
Collegium assumptorū suffragijs tres in functione sua  
continuentur & Quatuor alijs, in locum suo munere  
de-

definitorum, elegantur, in quo numero septenario;  
semper esse debebunt ( ad minimum ) duo Medici  
huius Ciuitatis Iurati.

2. Et quicumque deinceps praxim Medicam tam in  
hac vrbe, quam eius dominio profitebitur, debeat ad  
minimū ad Licentiæ gradum legitimè esse promotus,  
in quapiam vniuersitate, iurisdictioni suæ Regiæ Ma-  
jestatis subdita, de quo litteras testimoniales Officiali-  
bus prædicti Collegij exhibebit, præstans Iuramen-  
tum D. protectori ( à Magistratu eligendo ) aut ( in eius  
absentia ) prædicti Collegij Præfidi , se omnia hæc  
mandata ad amissim religiosè obseruaturum ; & ( vt  
expensa Collegij quoquo modo inueniantur, soluet  
semen pro introitu triginta sex florenos, & quicumque  
hisce contraueniens inuentus fuerit praxim Medicam  
exercuisse, singulis vicibus mulctam viginti quinque  
florenorum persoluet.

3. Curabunt deinceps sedulò Officialis prædicti  
Collegij , ne quis pharmacopola diuendat vlla medi-  
camenta , nisi ea, quæ illo anno à delegatis à Magi-  
stratu, duobus Medicis, actotidem Pharmacopæis fi-  
deliter visitata & tamquam bona approbata fuerint.

4. Et quicumque in posterum Pharmaceuticen vo-  
luerint exercere, debebunt post triennale in hac arte  
exercitium, & biennalem continuam apud approba-  
tum & expertem quendam eius Artis magistrum co-  
habitationem, oretenus benè examinati, & confessio-

ne quorumdam medicamentorum approbati, prædicto Collegio specimen suæ capacitatibus exhibere, & iurare, se æquali mensurâ & pondere semper datus ac confessuros, bona ac approbata medicamenta secundum præcepta Valerij Cordi, donec & usque à Prædicto Collegio Medicorum aliter fuerit ordinatum.

5. Tenebuntur præterea Chyrurgi ac Barbitonsores sua statuta, ac Mandata, concernentia ipsorum munus, ipsis data & à Magistratu Vrbis adhuc danda, strictè obseruare: & viduæ quæcumque post obitum mariti Chyrurgicam suam officinam retinere volent, sibi intra trimestre à mariti discessu, aut post horum publicationem de famulo Magistrando, prouidebunt, qui post debitum examen idoneus repertus, ad nulla alia, munus Chyrurgicum concernentia, manum mittet, quam illa, ad quæ scripto testimonio à Collegio Medico fuerit admissus, sub pæna sex florenorum à tali vidua soluendorum.

6. Nemo ex parte Ciuitatis ad curandos pestè infectos constituetur, nisi prius à Iuratis Ciuitatis Medicis secundum pristinam consuetudinem fuerit examined ac idoneus iudicatus, & ubi à Dominis Magistratus fuerit receptus, Catholicæ Romanæ Religionis, iuramentum præstabit, se cum omni fidelitate isto munere gnauiter functurum.

7. Nullæ fœminæ obstetricari poterunt, aut huius ministerij signum foribus appendere, nisi prius honestæ suæ

suæ vitæ testimonium à Parocho suo scriptum attulerint, à Iuratis Ciuitatis Medicis, more solito, sint examinatae, & scripto id ipsum Dominis Magistratus notum fecerint, pro quo soluent duodecim florenos, & à prædictis Dominis admissæ, antequam id muneris obire poterint, iuramentum præstabunt, se nulla medicamina ad muliebres morbos vñquam exhibituras, nisi ex consilio Iurati alicuius Medici, hîc loci commorantis, sub pæna viginti florenorum.

8. Ad horum mandatorum plenam obseruationem, ac promotionem, omnes qui deinceps prædicto Collegio Medicorum immatriculabuntur, sanctè iurabunt omnia hæc se obseruaturos, quod iuramentum annis singulis ab illis renouabitur, qui ad aliquod munus, vel officium in prædicto Collegio eligentur, sicuti etiam fiet tam à Decanis Chyrurgicæ, quam Pharmaceutices Artis Senioribus seu Officialibus.

Tripartientes omnes superiores iniunctas secundum antiquam consuetudinem :

Remenantibus antelatis omnibus decretis, ac mandatis ( his non contrarijs) in sua potestate ac vigore, Prædictis Dominis potestatem, ac ius sibi reseruantibus hæc immutandi, augendi, minuendi pro ut iudicauerint pro opportunitate temporis expedire. Ita Actum in consistorio Consilij (diei Lunæ dicti) vigesimâ primâ, & vigesimâ octaua Aprilis 1659.

*Signat.*

PH. VAN VALCKENISSEN.